phetarum. Ipsa deniqꝫ ecclesia⌊sole christo vestita:ꝛ stellis⌋ac si vir/ Apocal. 12.
tutibus circūfulta. Carnem ꝛ mūduꝫ/ac⌊si lunam⌋calcauit sub pe/
dibus:vt eo clarius ꝯtemplādo ꝯspiceret dñm:quo pro eo lucriface
ret seculi detrimētuꝫ. Q. aūt in supioribus tertie partis libri:⌊venit Apocal. 8.
ꝛ stetit angelus ante altare:⌊hñs thuribulum aureū in manu sua.⌋
1. Ioā. 2. Ad christuꝫ [a] verū pontificē retorquet:q factus est apud patrem ꝓ/
pitiatio pro peccatis nr̄is merētibus iram dei.⌊Thuribuluꝫ aureū⌋
corpus est assumptuꝫ imaculatū ex vgine.⌊Altare aureum⌋ecclesia
Act. 2. primitiua:⌊fumus aromatuꝫ⌋itercessiones iuste sanctoꝝ:ignis cha
ritatis/vel ipse spūs qui missus est in aplos.⌊Inde repleuit totam
domuꝫ vbi erāt sedētes:⌋que designat ecclesiam gñalem. Et iteruꝫ. Sapientie. 1.
Spūs dñi repleuit orbem terraꝝ/presentia doni sui. Et hoc qd ꝯti/
net oia sciam habet vocis.s.verbuꝫ patris. Uerbo ingt dñi celi fir/ Psal. 32.
mati sunt.s.apostoli:ꝛ spū oris eius omnis virtus eorum.

a Non decebat sa/cerdotem christuꝫ ser ro pollutum: qui se/metipsuꝫ offerire ho stiam venerat pro ex/cessibus alienis. Heb. 7

Quinta pars libri.



Ece quartam partem libri quam viderat Esaias/breui sermone dis/
cussimus:ad qntam velut in genere manuꝫ ꝛ calamuꝫ
exten dētes. Quinto creationis inquit die produxerūt Gen. 1.

a ¶ In reptilibus in continentes.
¶ In cetis docētes.
¶ In nauibus contemplantes.

aque reptile [a] anime viuentis: et volatile sup terram: et creata sunt cete grandia. Quinto tempore synagoge/ vel quinta etate seculi: pro cetis grandibus successerūt assyrij et caldei: sed et quinto ecclesiastico tempore/ saraceni et theotonici in christianū populum: ac si hierusalem alterum fremuerunt. Unde et legitur. Occidet cetuz qd in mare est. Et alibi. Ecce ego ad te. i. cōtra te draco magne: qui cubas in medio fluminum tuorum. s. populorum: extraham te in sagena mea: quantos tyrānos de seculo in euangelica sagena christus traxerit et reliquit in mundo: pisces et aues/ pure creationis insinuant: et si referri possit hoc ad iudeos: qui vel ad montana hierusalem volarunt/ vel in babylonis fluminibus remanserunt. Prefigurant qdem aque laicos: reptantia clericos: volucres religiosos: de quibus non pauci pro lege domini emuli fuerunt munditie spiritus ceteris carnis illecebris irretitis. Unde et in quinto angelo sardis legitur. Noui opera tua/ quia nomē habes qp viuas et mortuus es: esto vigilans et confirma cetera que moritura sunt. Angelus iste beatus maurus fuit/ cuius magister benedictus noscitur: erat cassinensis: et si idem ordo in partibus gallicis/ qz in italicis suos funiculos dilatauit. Designat nāqz ecclesia sardis collectionē monasticam: de qua Hieremias dicit in trenis suis. Egressus est a filia syon/ non matre que est Romana ecclesia omnis decor eius. Et Apoca. Habes pauca nomina in sardis: qui non inquinauerūt vestes suas. Ac per hoc subsequitur. Denigrata est facies eorum super carbones: et non sunt cogniti in plateis/ a laycis nil distantes. Et iccirco qz iam ordo ipse pro maiori parte iam recidiuauit in vitia de libro vite prorsus dicitur abolendus. Unde sub qnto sigillo legitur. Uidi sub altare dei animas interfectorum clamantium ad sanctum et verum: vt eorum sanguinem vindicaret. Ex his verbis colligitur: qp aliqui monachorum volentes carnaliter viuere contra mandatuz regule iam pfesse spūales fratres multis iportunitatibus affecerunt: sed qz vult deus frūm numeruz electorum nō cito proferet suam sniam ptra reos: datur iustis interim patiētie terminus/ donec fratruz eorum numerus complendus sub sexto tempore finiatur. Unde et quintus angelus effundens in sedem bestie phialam/ tenebrosum reddidit regnum eius: sic vt blasphemantes dnm: nec ad penitentiam reuertentes: linguas pre doloribus corroserunt. Certe qntus angelus Bernardum respicit: qui molisinenses monachos prolapsos ad vitia in virtute spiritus prosequens et confutans: ad alborum ordinem conuolauit. Quia vo Esaias super excelsum soliuz et eleuatum viderat dominum psedentem in ecclesia videlicet generalis hostis antiquus: ex obice sedem sibi bestie pparauit in reprobis: nō tam de laycis qz hypocritis regularibus adunatā. Unde Jacob. Fera [b] pessima deuorauit filium meum Joseph: qz non solum secta patarenorum exorta tunc contra fideles inualuit in partibus ligurum: sed et seuitia principum secularium contra Romanos pontifices insaniuit temporibus germanorum. Inde et quintus angelus tuba cecinit. Uidit et intellexit stelle de celo cecidisse inferni habentem clauem. s. potestatem putei abyssi: profunditatis scientie secularis: de cuius apertione fumus

Left margin: Ezech. 29. Ezech. 32. Matthei. 13. Apocal. 3. Tren. 1. Apocal. 3. Tren. 4. Apocal. 6. Ecclesiastes. 8. Apocal. 16. Esa. 6.
Right margin: 4. reg. 25. 4. reg. 24. Esa. 27. Gene. 37. Apo. 9

b ¶ Feram pessimaz vocat sectam patarenorum/ seuitiam germanorum/ imunditiam monachorum in nigris et in albis.

tione[fumus].s.gehenna vel blasphemia]locuste].s.credentes erro
nei dogmatis in italicis partibus exierũt. Sed termini vita est/cuȝ
locuste sub Moyse virentia queqꝫ egyptiorum corroderent. Hic so Exodi.10.
lum homines non signatos dei charitate more[scorpij cruciarent.] Apocal.8.
Patareni quidem ⁊ heretici quilibet ore blãdiuntur : vt seducant
⁊ charitatẽ feriunt:nõ vt perimant/sed vt ledant.[Querent (inqt)
diebus illis mortem homines/nec inuenient:desiderantes eam effu
giet mors ab eis:]donec[decursis quinqꝫ mensibus:]idest quinque
annorum generationibus post Bernardum clareuallis abbatem:
que in centum quinquaginta tempora extendentur:cuȝ non solum
magistruȝ abhominabilis heresis:quẽ prenotat angelicus rex abys/
si deducet christus victor ad lubricum:sed ⁊ cuncta nomina idolo/
rum de terra ecclesie abolebit:vt ⁊ egyptuȝ.s.seculum vltra brucus
aculeatus non feriat:sed potius ipsum absorbeat vndiqꝫ mare ru/
brum. Deniqꝫ sicut legitur.[Similitudines locustaruȝ similes sunt Exodi.10.
equis paratis in ꝓlium/habẽtes in capitibus quasi coronas aureas: Apocal.8.
facies humanas/comas muliebres/dentes leoninos/loricas ferreas/
voces velocium curruum aculeatas/caudas similes scorpionum.]
Ex descriptione horum reptilium hereticorum prenoscimus qua/
litates:quorum excreuit nimietas vt omnis fere orbis ambitus oc/
cupetur eisdem:nec desierunt in christi contumeliam aliqui tyran/
norum/qui eos recipiant vel defendant:perturbantes fidem:⁊ Pe
tri vicarium blasphemantes. Preterea si quando catholicis suppli
cijs exponuntur/coronas esse sibi splendidas mentiuntur : ⁊ inter/
dum cum pietate simulent instruunt feritatem : stridẽt quoqꝫ imo
strepunt ⁊ garriunt ranaruȝ more versantium in paludibus carna/
lium scripturarum. Detrahunt insuper ⁊ blandis simplices verbis
decipiunt:vt illos tandem in suam heresiȝ pertrahant ⁊ ꝯuoluant. Apocal.8.
Unde ⁊ seqtur.[Veh vnũ [a] abijt/⁊ ecce veniunt adhuc duo veh.] a ¶ Nota tres be/
Quia reuera/tum ab hereticis/tum a tyrãnis seculi/tum ab infide/ stias i Apocalipsi po Cap.13
libus saracenis populus impugnabitur christianus. Ista sunt tria sitas.primam de ma/
veh. Primum a patarenis. vnde legitur. Veh mundo a scandalis. ri.secundam de terra
Matt. 18. Secundum a theotonicis. vnde veh Assur:virga furoris mei. Ter tertiam coccineã sub/ Apoc. 17.
Esa.10. tium a saracenis ⁊ alijs populis. Unde veh terre cymbalo alarum ditam babylonem.
Esa.18 que est trans flumina ethyopie. Inde est ꝙ qnto loco ⁊ ordine[dra/
co]furens[abijt facere bellum cũ his/qui sunt de semine mulieris.]
Apoc. 12. siue ecclesie fugientis ad deserta gentilium/siue contẽplantis ad pe/
des domini quiescentis:bellum hoc fuit potius in spiritu qꝫ in car/
Ps.54. ne. Unde ⁊ dicitur. Expectabam eum qui saluum me fecit a pusilla
nimitate spiritus ⁊ tempestate. Hinc ⁊ seqtur.[Venit.s.draco ⁊ ste/
Apoc. 12. tit super harenam maris]non super terram ad germen iustitie ha/
bile : sed [super harenam].i.huius seculi instabiles ⁊ arentes. Re/
licta ergo terra fidelium in quibus malignus spiritus superatur/ad
reprobos se transfundit:vt eo seuius cõtra pios peruersos exacuat:
quo versa vice fortius pro iustitie defensione repugnant. Unde se/
Apoc. 13. quitur.[Vidi de mari bestiam ascendentem/habentẽ capita septem
⁊ cornua decem:⁊ decem diademata super eam:⁊ super capita nomi
na blasphemie.]In genere ista monstruosa tangit sectam maometi/

cam de diuersis mundi partibus aggregatam/habentem septem capita tyrānoꝝ: vel potius multitudinem soldanorum aduersus oriē/talem populum dimicātem mensibus⌊[a] quadragintaduobus.⌋ Secundum vō speciem⌊ bestia ⌋bellica de reproboꝝ medio: ac si de abysso infidelitatis ascendens tangit tempus aquile precedentis: in quo sicularis barbaries de finibus pristinis transferenda/contra semen ecclesiastice mulieris iniuriam christiani nominis acuetur: vt eo licentius ad preceptum illius ꝛ germinis regni viscera cruciet: quo fortius excrescente diei malitia scelestos ꝛ impios: alūnos ꝛ accolas incredibili crudelitate discerpet. Licet eniꝫ temporibus sequuturis in subsolanis ꝛ occiduis affricanisq̄ꝫ climatibus atteri/habeat ipsa bestia multiformis. Non minus a christianis presidibus q̄ꝫ⌊a decem cornibus⌋apparētibus de finibus aquilonis. tamē quia insulares illius reliquie seruabuntur ad gladium ecclesie militantis/videāt regni duces vel proceres: ne dum christi fidelibus vas interitus fuerit: versa vice sensim cum suis actoribus in mundanis fluctibus inuoluantur. Non enim deesse poterunt aliqui de sectatoribus bestie seuientis/quin vel ex vexationis instantia ꝛ currant ad lauacruꝫ fidei vel pro induratione perfidie remaneant ad flagellum. Unde ꝛ legitur. Pro iniquitate vidi tentoria ethyopie: turbabuntur pelles terre madian. Hinc ꝛ in libro iudicum. Uidebam inquit somnium ꝛ videbatur mihi quasi panis subcineritius ex ordeo: volui ꝛ in madian castra descendere/ꝛ perueniens ad tabernaculum percussit illud. Et subuertens terre funditus coequauit. Quod coniector diseruit/dicens. Non est hoc aliud nisi gladius gedeonis filij ioas viri israelite. Ex quibus datur intelligi: q̄ zelus ecclesiastici potentatus adeo in barbaras regni reliquias inualescet: vt vel inuite ad fidem publicam redeant: vel earum negligentibus satrapis cruētam sub angustia temporis rumpheam non euadant. Sequitur de habitudine corporis bestie que⌊similis erat pardo ꝛ pedibus vtens vrsi: os leonis habebat⌋.⌊In pardo⌋leuitas. Inde veloces pedes eorum ad effundenduꝫ sanguinem:⌊in vrso⌋voracitas[b].⌊Ursus⌋insidians factus est mihi leo in abscōditis.⌊In leone⌋ferocitas. Inde leo fortissimus bestiaꝝ ad nullius pauet occursum. Et hoc est qd̄ subdit.⌊Quis similis bestie: ꝛ quis poterit pugnare cū illa?) subaudit nullus. Soli ergo deo seruat ista victoria. Unde ꝛ dicit.⌊Dn̄s precepit militie belli veniētibus de terra procul: vt disperdat⌋ omnē terram maometicam vtiq̄ꝫ feritate respersam. Quantos enim christicolas a tempore cosdroe sub quarto signaculo: bestia ipsa vorauerit circūuenit ꝛ contriuerit vsq̄ꝫ modo: non solum oriens ꝛ occasus ꝛ auster: q̄ꝫ situs insinuant: sed ꝛ ipsa regni sicilie latitudo nō minus lachrymis explicant q̄ꝫ ruinis. Tacerem preterea ipsemet de seua barbarice feritatis audacia. Quid autem reges christicolas quos insularis populus habuit ex normanis: quidq̄ꝫ post eos fecerint. Et adhuc diebus dispersionis sub aquila ꝛ vsq̄ꝫ ad infinitum bestie sint facture: nisi Michael in Daniele prediceret persarum regem sibi viginti ꝛ vno diebus aduersus regnum grecie restitisse. s. generationibus totidem: quarum Apoc. numerum sexcentoꝝ sexagintasex aperte describit.

a ¶ Tempus describit bestie totum deregnabunda est.

Abacuch. 3.
Judicum. 7.
Apocal. 13.
Psal. 13.
b ¶ Surge comede carnes plurimas.
Prouer. 30.
Dan̄. 7
Tre. 3.
Esaie. 13.
Apocal. 6.
Dan̄. 10.
Apocal. 13.

scribit. Uerum quia ipsa compactio bestialis sub impio antechristo
in reliquijs suis deseuiet vltra morem qui per tempus ⁊ tempora di Apocal. 12.
midiumq; temporis. Hoc est quadragintaduos menses regnabun/
dus asseritur: in peruersis expectandus erit fidelibus: ac si reliquijs
excussorum sub angelo septimo quietis ⁊ ocij sabbatismus in qua
itura est totaliter bestia in interitum ⁊ ruinam. Apprehensa est (in/ Apocal. 16.
quit) bestia/⁊ cū illa pseudopropheta: ⁊ missi sunt ambo in stagnum Hebreor. 4.
ardoris sulphurei et fetoris. Interim: quia eiusdem bestie caput Apocal. 19.
vnum ad horam scribitur atterendum: fieri poterit q̄ circa finem Apocal. 13.
quadragintaduarum generationuz laboriose huius etatis a christo
pergentes inumeras ⁊ imundas: ⁊ militias etiam christianas in di/
uersis primis partibus corruat: ⁊ consequenter eo potentius resur/
gat ad facinus: quo in sui contritione subierit vulnus maius. Quā/
uis enim illa futura transfusio facienda per aquilam: iuxta illud. Di
sperget filios caytan alas suas ad diuersos orbis cardines expansu/
ra ob enormitatem scelerum sit infra sinum italie collidenda: tamen
quia dominus qui serenum vertit in nubilum/⁊ reddit idem iubi/
lum post lamentum sicut iustos ad meritum conterit/⁊ impios de/
serit ad flagellum partim ex membris bestie reducet in gratiam:
partimq; detrahet in ruinam/Osee dicente. Ero mors tua o mors: Osee. 13.
morsus tuus inferne: q: tam de maometica q̄z de tartarica secta dn̄s
multos ad fidem euangelicam euocauit. Conclusit inquit deus oīa Romano. xi.
incredulitate: vt omnium misereat̄. s. contritorum: sed in hoc aqui/
la raptrix videat vel eius successio imitatrix/secularis nō dediscat:
quia ⁊ si suum non dn̄i çelum induerint: ambe tamen ex diffidentia
gentiuz finetenus premiale meritū reportabunt. Ac per hoc vtriq;
ↄsulitur: vt q: temporis finis accelerat in quo iustuz ⁊ impium gla/
dius furoris inuoluet in eis: vtcūq; cor molliri debeat efferum/vbi
regnuz quodq; sub sole posituz subijci necessario legitur eternis ve/
stigijs electorum. Unde Dan̄. In diebus inquit regnorum illorum Dan̄. 2.
suscitabit deus celi regnum/quod in eternum non dissipabitur: ⁊
ipsum populo alteri nō tradetur [a]. Sequitur. Uidi aliam bestiam Apocal. 13.
ascendentem de terra/habentem cornua duo similia agni: ⁊ loqueba
tur sicut draco: ⁊ potestatem prioris bestie esse faciebat in conspectu
eius. Utrum ad patarenorum sectam referatur. Hec bestia de ter/
ra consurgens: vel ad callisi complices vicarij maometh/seducen/
tes priorem bestiam fortiorem sub specie pietatis insignis pestiferis
⁊ mendosis: nihil intererit q̄z in partibus occidentis: necesse est/vt
de dogmate patareno in diffidentie filijs inficiatur ecclesia: ⁊ in cete
ris etiam terre plagis sub bestiali caractere atrium a templo forinse
Apoc. 11. cum polluatur. Sane duo cornua quibus specialiter in italia ⁊ par
tibus alijs terrenis curis ⁊ illecebris carnis implicitos vētilabit be
stia priore deterior: ad eius nuncios erronea scientia eruditos dici/
mus referendum: qui ⁊ in opere pusillanimes sub recti colore deci/
piant: ⁊ fortes in fide viuidos/pondere penalitatis extinguāt. Ueh Esaie. 18.
innuit cymbalo alarum/que est trans flumina ethyopie: que mittit
in mari legatos suos: ⁊ quid hereticorum secta intra vterum medij
capitis ligurum iam exorta inter hereses alias nulla reperitur atro/

a Poterit fieri s3 aliam speciem intellectus: vt vtraq; bestia saracenorum ⁊ aliarum gentium immundarum: quas infernū litterra vocat in aliqua parte conueniat contra populuz christianum: s̄m q̄ factus est a Pilato ⁊ Herode presidibus contra christum. Lu. 23

cior tanq̄ʒ qui sub habitu pietatis ouile dominicuʒ lacerabunt. At/
Matthei. 7. tendite inquit exterius a falsis prophetis: qui veniunt in vestimen/
Esaie. 18. tis ouium: rapaces lupos intrinsecus preferentes. Unde ꝛ seqtur.
⌊Ite angeli veloces ad gentem conuulsam a fide ꝛ dilaceratam er/
roꝛe ad populuʒ terribilē feritate.⌋ post quem nō est alius successio/
ne cuius diripuerunt flumina terram eius dogmate vano ꝛ carnali.
Hiere. 2. Filij inquit mempheos ꝛ taphneos constuprauerūt te vsqʒ ad ver/
2. Thim. 3. ticem. Sic sic Jānes ꝛ mambꝛes deceperunt egyptum: sic Simon
Actuum. 8. Actuum. 13. magus ꝛ helymas populum iudeoꝛum. Itemqʒ ⌊duo⌋ prefata ⌊coꝛ/
nua⌋ multos ex ecclesia prelatis stertentibus ex refrigerio charita/
tis abducent. Ac per hoc quod confectum est sub apertione quin/
Apocal. 6. ti signaculi sub sexta que sequitur/erumpet in actum. ⌊Egredientur
Apocal. 16. (inquit) in modum ranarum⌋ strepentium spiritus tres imundi ad
conuocandos quosqʒ terrenos reges in pꝛelium contra agnum re/
gem regum ꝛ dn̄m dominoꝛum. Sane ꝫm spiritum in sedem bestie
phialam furoꝛis effunditur: dum non solum maomethica labes ex/
terminari incipiat in [a] sabbea/ꝛ ceteris partibus oꝛtus solis: celiqʒ
cardinis ꝛ occasus: sed ꝛ omnis negociatio mentium tam in flucti
bus q̄ʒ in terris lubꝛicum ꝛ dispendium patietur. Quantum enim
Job. 1. ex hoc meroꝛis pariter ꝛ doloꝛis insit ꝛ inerit pectoꝛibus merca/
toꝛum. De tempoꝛalium lubꝛico ꝛ exterminio pessimoꝛum minus
pꝛesentia pꝛeferent tempoꝛa q̄ʒ futura: qꝛ solent pꝛincipia plus habe
re caliginis q̄ʒ postrema.

¶ Sexta pars libꝛi.



AB sextam libꝛi huius particulam lingue ca
lamum ingerentes laboꝛiosos ec/
clesie humeros excitamus: ne dieb⁹ futuri certaminis
ignauia marceat: ꝛ sic de ruina germani fastigij irre/
mediabile vulnus ferat. Ecce ſb angelo philadelphie
Apocal. 3. qui occupat sextuʒ locū: ꝛ si scripturas nouas veteres claudit ꝛ ape
rit verbum patris: tamen antiqua patrum pꝛodigia in generali ec/
clesia restringentur: pꝛo eo ꝙ in aduentu perditionis filij non distā/
te ad subuertēda [b] coꝛda fideliuʒ signa terribilia sed pꝛophana simu 2 par.
latoꝛes ꝛ callidi suscitabūt. Egrediar inquit ꝛ ero spiritus mendax 18.
in oꝛe omnium pꝛophetarum/hereticoꝛum pꝛesules pꝛefigurantes.
4. reg. 8. Quod autem dicit. ⌊Dedi coꝛam te hostiuʒ apertum:⌋ ad pꝛecones Apo. 3
euangelij in Romana ecclesia nascituros diebus ꝓximis intoꝛque/ Apoc. xj.
Mar. 6. tur: qui relicto velamine littere in occulis secularium clericoꝝ cla/
ritatem spiritus mentibus superna querentibus nunciabūt. Unde Act. 1.
Lu. 3. ꝛ legitur. Joānes quidem baptiçauit aqua: vos autem baptiçabimi
ni spiritu sancto non post multos hos dies. Pꝛefiguratuʒ fuit hoc
ip̄m mysteriuʒ: vel cum anno 40° post exitū de egypto cuʒ Moy/ Deute.
ses legem populo explanauit: vel cum ipse die septimo de medio ca 19.
liginis eductus est. Sic sic Chꝛistus post sex dies inter Moysen ꝛ Exo. 24
Helyam apparuit: sic ꝛ Helyas post septimum circuitum pueri vi/ Math. 17.
sus ꝯtra mare dedit pluuiam super terram. Qui autem huic angelo 3 re. 18
⌊de synagoga sathane⌋ dari pꝛomittitur. Illud datur intelligi ꝙ di/ Apo. 3
cti testes euangelici multos ab erroꝛibus ad fidei semitam reuoca/ Apo. xj
bunt. Un̄ ꝛ sub sigilli sexti apertione legit. ⌊[c] Terremotus factus est Apo. 6
magnus⌋

a ¶ Regio sabbeoꝛum includit baldachiam ꝛ choꝛisimam frequentissimas ciuitates in angustia tempoꝛis euertendas.

b ¶ Sectam patarenicam ab arrianoꝛuʒ sequacibus pꝛopagatam quemadmoduʒ athalia a ieçabele vxoꝛe Achab: ꝛ ab Herodiade puella ferēte caput Joannis in disco coꝛaʒ Herode

c ¶ Terremot⁹: hic referri potest ad mētem instabilē ab vnitate fidei descendenteʒ: vt fiet de chꝛistianis pꝛincipibus: ac si theotonicis ab ecclesia piscatoꝛis.

magnus ⌋scilicet cordium compunctorum:⌊⁊ sol factus est niger vt
saccus cilicinus:⌋siue quia despecta erit vita docentium : siue quia
religiosorum status tunc temporis cupiditatis tenebras vel carna/
litatis incurret:sed ⌊et luna:⌋idest vniuersalis ecclesia in carnalib⁹
filijs⌊cruentabitur⌋scandalis/odijs/⁊ rapinis. Quod autem ⌊stelle
ceciderunt⌋super terram addictos solitarios referendum est : qꝫ de
ꝯtemplationis alto ad secularia facta prolapsi more⌊grossoꝝ ficul/
nee mouebuntur⌋ad cuiuslibet tentationis impulsum. Sic itaqꝫ in
⌊sole⌋clerici:in⌊luna⌋layci:in⌊stellis⌋religiosi notantur. De quibus
Hieremias. Obtexit dominus caligine filiam syon in clericis:pro/ Treno.2.
iecit in terram inclitam israel in religiosis. Nec est recordatus scabel
li pedum eius in laycis:⁊ in terram obscuratum est aurum. In pri/
mis:mutatus est color optimus. In postremis:dispersi sunt lapides
sanctuarij in medijs:in capite omnium platearum pro desiderio vo Treno.4.
luntatis. Seqtur.⌊Celuz recessit sicut liber inuolutus:⌋predicatio/ Apocal.6.
ne contempta:⌊⁊ omnis mons ⁊ insule moti sunt de locis suis.⌋In
⌊celo⌋nāqꝫ clerici:in⌊montibus⌋religiosi:in⌊insulis⌋layci : de qui/
bus omnibus simul dicitur. Peccatum peccauit hierusalem/pro/ Treno.1.
pterea instabilis facta est. Nec deesse poterit multitudo inter tot mi
lia ruendorum/quam de mundo fugientes ad heremum ab ira do/
mini se abscondant. Unde Esaias. Ingredere in petram:abscon de/ Esaie.2.
re fossa humo a facie timoris domini. Et Lucas. Erunt signa in so/ Luce.21.
le ⁊ luna ⁊ stellis ⁊ in terris pressura gentium pre confusione soni/
tus maris ⁊ fluminum arescentibus hominibus pre timore ⁊ expe/
ctatione que superueniēt vniuerso orbi. Mattheus quoqꝫ ait. Tūc Matthei.24.
qui in iudea sunt fugiant ad montem.i.in fidei confessione constan
tes aduolent ad quietem. Ueh(inquit)mundo a scandalis. Unde ⁊ Matthei.18.
legitur. Erit talis tribulatio qualis non fuit ab initio neqꝫ fiet. Unn Matthei.24.
⁊ sequitur.⌊Uidi quattuor angelos stantes super quattuor angulos
terre:tenentes totidem ventos terre/ne flarent super terram : neqꝫ Apocal.7.
super mare:nec in vllam arborem⌋.⌊Quattuor venti⌋sunt totidez
ordines ecclesie/apostoli/vel prelati/eorum vicarij/martyres/docto/
res/⁊ virgines.⌊Quattuor item angeli qbus datū est nocere terre/
mari/⁊ arboribus⌋.i.ꝯiugatis fidelibus/veris clericis/ religiosisqꝫ p/
batis/sunt falsi iudei/pagani/heretici/saraceni ecclesiam impugnan/
tes.⌊Angelus vo ab ortu solis ascendens:⌋⁊ habens signum dei vi/ Zacharie.6.
ui:Christus est cuius oriens nomen eius ligno crucis affixus : vel
certe Paulus in cuius ore christus loqtur : ⁊ in quo stigma crucis Scdē Cor.13.
impressit . Sane qꝛ omnis ecclesia sanctorum in tribubus israeliti/ Gala.6.
cis designatur:necesse est vt in sexto isto tempore sexte etatis nume
rum impleat signandorum. Ac per hoc non datur nequā spiritibus
nocere sanctis pro libito:donec superbi versipelles ⁊ cupidi omne
genus reprobum ad diem magnum domini colligantur. Et notan/
dum qꝫ in manibus reprobi gestant antechristi characterem : serui
dei in frontibus accipiunt signum vite:vt ⁊ illi ex prauis operibus
excidant:⁊ isti de suis angustijs munus ferant. Licet enim in specie
saluandorum signatio de quibusqꝫ ordinibus vel ecclesijs assuma/

tur: tamen quia de omnibus compingitur ecclesia generalis. Iccirco Joānes. ⌊Turbam inumerabilem⌋ a sanguine candidam intellexit: vt decursis ab eius ecclesijs sanguineis / leta seruiat ⁊ iubilet ante thronum. Unde ⌊⁊ sextus angelus tuba canens ex vno de cornibus altaris [a] aurei: qđ est ante dei oculos vocem audiuit de soluendis quattuor angelis / in magno euphrate fluuio alligatis.⌋ Altare aureum lꝫ intelligi valeat fidelis ecclesia sine macula criminis ⁊ rugosi duplicitate sermonis: tamē q: ex vno de cornibus ⌊vox exiuit⌋ Cogimur ⌊in altari⌋ ipso vtriusqꝫ paginam accipere testamenti: labe totius erroris imunez: cuius ⌊angeli sunt quattuor.⌋ Intellectus historicus moralis / typicus / ⁊ allegoricus: quoꝝ vnus .s. typicus tempus nobis indulte dilationis insinuat: ne videlꝫ vsqꝫ ad sextum signaculum in quo sumus ledere christi seruos angeli mystice babylonis non audeant: parati semper ad penam transgressoribus infligendam. Et qdem adhuc Romani virtus imperij ad tutelam christiane fidei preparati gentes quaslibet execrabiles de circuitu: ne in actum nequitie prodeant vigili circūspectione restringit. Sed cum tēpus publice dissensionis institerit: vt tam auxiliator q̄ꝫ is cui prestatur auxilium corruat in pressura: tunc impiorum hominum frena vndiqꝫ laxabuntur: iuxta illud Hieremie. ⌊Tollite de via lapides / vt exeant qui conculcent terram.⌋ Et Esaie. ⌊Auferam sepem eius: scꝫ vinee: que est domus israel: ⁊ erit in direptionem.⌋. Johel quoqꝫ tempus antechristi prenuncians ait. ⌊Gens ascendit sup terram (vtens p̄terito pro futuro) fortis ⁊ inumerabilis: posuit vineaꝫ meam in desertū: ficuꝫ meam decorticauit: albi facti sunt rami eius: idest ab operibus fidei aruerunt.⌋ Unde ⁊ Apoc. prosequitur. ⌊Numerus equestris exercitus: vicesies milies dena milia.⌋ Et infra. ⌊Uidi equos in visione: ⁊ sedentes in eis habebant loricas igneas / iacinthinas / ⁊ sulphureas⌋. ⌊Equi⌋ sunt reprobi: ⌊capita⌋ presides eorum: ⌊lorice⌋ sunt defensiones ad excusandas excusationes in peccatis. Et bene dicunt ⌊sulphuree⌋ quoad fetorem libidinis: ⌊ignee⌋ quoad ardorem corporis: ⌊iacinthine⌋ quoad errorem mentis. Ab his tribus plagis ⌊fumo / igne / ⁊ sulphure⌋ luxuria: qbus vitijs iam corrupta est omnis terra. Sane simulacra [b] que populus stultus adorat: modernos pontifices prefigurant: quorum alij sunt ⌊aurei⌋ per prudentiam: ⌊argentei⌋ per eloquentiam: ⌊erei⌋ per vanam gloriam: ⌊lapidei⌋ per duriciam: ⌊lignei⌋ per ignauiam. Omnes hi iugum fidei confringentes in statuam transeūt babylonis: ⁊ iccirco ⌊penitentiam de suis abhominationibus non agentes⌋ ad penam eterni supplitij seruabuntur. ¶ Oꝝ autem sub sexto angelo ⌊alius fortis⌋ inducitur: vt ex rugitu suo lingue / gentes ⁊ populi terreant. Ad nouos precones ecclesie apparentes in monte cum dn̄o dicimus referendum: quos tanto viciniores nobis inspicimus / quanto plagis fundationibus in verboꝝ potentia rebelles luminis castigabunt. Descendent enim ac si de celo a contemplatione pro peccatoribus reuocandis ⌊amicti nube⌋ littera gemini testamenti: ⌊habentes irim in capite⌋ donum .s. sancti spiritus in mente: quorum ⌊facies⌋ idest vita ⌊splendebit

Apocal.

a ¶ Contra tulerūt aurum meum ⁊ fecerūt inde baal diuina scꝫ studia ad questus auaritie retorquentes Unde Hieremias. Me dereliquerunt fontem aque viue: ⁊ foderunt sibi cisternas dissipatas .i. sciētias seculares.

Osee. 2

Hiere. 2.

Prime Pe. 5

Esaie. 31.

Hiere. 50.

Esaie. 5.

Johel. 1.

Apocal. 9.

Psal. 140.

Prime Joā. 2

b ¶ Notatur etiaꝫ in simulacris figmenta poetica vel abhominabilia domino philosophica documenta.

Dan. 3

Apocal. 10.

Apocal. xj.

Job. 24.

Apocal. 10.

ta[splendebit vt sol]in virtute doctrine:[⁊ pedes vt colūna ignis]
scꝫ affectus interni:quantum ad rectitudinem boni operis ⁊ çeluz
ignee charitatis.¶ Quod autem in manibus eoꝝ dabitur [liber aper/
tus]illud erit:quia dabitur predicatio euangelij generalis ab eccle/
sia:ex plenaria potestate[posituris pedem dextrum super mare/le/
uumqꝫ super terram:]siue infideles exteros vel fideles alūnos : seu
super litteras legis veteris ⁊ litteraꝫ euangelij noua quadam expo
sitione vel interpretatione fidei:in qua etiam loquentur[septem to
nitrua:]idest intellectus.Omnes mystici voces suas/licꝫ enim ad
Christum proprie tota hec series referatur:tamen quia necesse erat/ Matthei.27.
vt his diebus solito fortius velum templi/quod est obscuritas litte
re scindetur : propter aduentum perditi hominis antechristi mis/
suri ⁊ dispersuri legatos suos in scientia seculari per omnes termi/
nos orbis terre:si quo modo dominus per seruos suos ecclesiam im
pellendam fluctibus roboret:⁊ sapientiam seculi in astutis⁊ subuer
sionibus fidei comprehendat.Desolabit inquit dominus linguam Esaie.xj.
maris egypti:⁊ pcutiet illud in virga spiritus sui.i. doctrina catho
lica:vt ad nihilum redigatur.¶ Quod autem Joānes[librum de ma/
nu angeli suscepit aptum]ad discipulos ipsos euangelij qui ⁊ testes Apocal.xj.
referendum est.In quorum ore ⁊si verba exhortationis mellea/vt/
puerb. cūqꝫ sapuerint:amaricantia tamen erunt:vel in exercitijs operum
25. vel increpationibus superborum:Unde ⁊ Salomon . Acetum[a] in
Eze.3. vitro ⁊ qui cantat carmina cordi pessimo . Ezechiel quoqꝫ dicitur.
Comede volumen istud/⁊ vadens loquere filijs israel:quia domus
Eze.2. exasperans est.Paulo ante scribitur . Uidi ⁊ ecce manus missa ad
me : in qua erat inuolutus[b] liber : ⁊ expandit illum coram me:
qui scriptus erat intus ⁊ foris : ⁊ scripte erant in eo lamentatio/
Eze.3. nes ⁊ carmen ⁊ veh . [Et comedi ⁊ factus est in ore[c] meo sicut
Apoc. mel dulce.]Uenter tuus comedet/⁊ viscera tua complebuntur vo/
10. lumine isto.Notandum ꝙ Ezech.dicitur:comede:Joāni [deuora]
Eze.3. quia vsqꝫ modo doctores loqui debeant vel assumant . Unde Hie/
Hiere. remias.[Sume calicem vini furoris:⁊ propinabis ex eo cūctis gen
25. tibus.s.in peccati fece viuentibus.Quia vo pigmentarij regis mo/
re medicantiuꝫ propinare debeant languidis amarissimam potio/
nem:vt vel sordes corporales reijciant vel vires pristinas de itima
Eze.2. consolatione resumant/non clausis oculis transeant . Quod infert.
[Liber erat scriptus intus ⁊ foris:]vt doctor non viuat aliter q̃ꝫ lo
quela pretendit.Et hoc est qd̕ sequitur.Scripte erant in eo lamen/
Eze.1. tationes[d] penitētie/carmen glorie/⁊ veh pene.Uñ legitur.Statu/
ra erat in rotis[e] ⁊ altitudo ⁊ horribilis aspectus.Jnde ⁊ Apoca.in
cap.5. prefatione secunde partis.[Uidi in dextera sedentis super thronuꝫ
librum scriptum intus ⁊ foris:signatum[f] sigillis septem]. [Liber]
Apo.5 hic vtraqꝫ pagina est signata spiritu septiformi: [⁊ bene foris ⁊ in/
tus]scribitur:vt mysteria que latent intrinsecus fructibus operuꝫ
reuelētur.Audi lamentum.[Ego flebam multum:]audi ⁊ iubiluꝫ.
apo.14 Cantabant seniores canticum nouuꝫ.Audi ⁊ veh:[Ueh vobis ter/
apo.12 re ⁊ mari:quia descendit diabolus ad vos habēs iram magnam]ad

a ¶ Si acetuꝫ super infundatur vitro in/flat ⁊ bullit:⁊ sustine re non potest.
b ¶ Prius inuolu/tus liber erat/⁊ post/ea aptus:sed ille qui clausit aperuit.
c ¶ Permixtio est quedam ꝯfusio ama/ritudinis ⁊ dulcoris.
d ¶ Tertia ponit la/mētum tristitie in mū/do carmen glorie in regno:veh pene in i/ferno.
e ¶ Rota est vita pre/sens/cuius status est fragilis/altitudo rui/bilis:horridus aspe/ctus in penis.
f ¶ Hortus conclu/sus est ⁊ fons signa/tus:foris hortus ⁊ i/tus fons:quia in no/uo testamēto sunt ꝓ/fundiora mysteria q̃ꝫ in veteri. Can.4

Apocal. 10. infligenda tormenta. Q₂ aūt dicit. ⌊Signa que locuta sunt septem
Daniel. 12. tonitrua ⁊ noli ea scribere: ⌋ad tps antechristi referri pdicimus: vt
Psal. 38. nō spargantur verba spūalia coram porcis. Unde ⁊ Daniel. Clausi
sunt signatiq; sermones vsq; ad tempus statutuz. Psalmista quoq;
dicit. Obmutui ⁊ non aperui os meum: dum consisteret peccator
aduersum me. Ex quibus colligitur φ predicatio interdicetur tē/
Apocal. 13. pore contradictionis illius. Faciet (inquit) vt ne quis ⌊possit ven/
dere vel emere ⌋docere vel audire ⌊nisi habuerit⌋ in opere ⌊caracte/
Esaie. 53. rem ⌋dogmatis bestialis. Unde ⁊ Esaias de Christo ⁊ mēbris eius.
⌊Sicut ouis ad occisionem ductus est: ⁊ sicut agnus coram tonden
Apocal. 14. te se obmutuit/ ⁊ non aperuit os suum. ⌋Hinc Joannes. Uidi ingt
⁊ ecce agnus stabat supra montem syon: ⁊ cum eo centum quadra/
gintaquattuor milia habentes nomen eius: ⁊ nomē patris eius scri
Apocal. 7. ptum in frontibus suis. Et supra. Isti sunt qui venerūt ex tribula/
tione magna: ⁊ lauerunt stolas suas. s. corpora in sanguine agni.[a] Uñ
datur intelligi φ sub sexto signaculo in quo sumus/ varia bella ⁊ sci Apoc. 6.
sma per totam orbis aream mouebuntur: nec de facili qs excuti po
terit/ quin vel a tyrānis domesticis vel seditionibus vrbium ⁊ re/
gnorum hereticorum quoq; ac aliorum infidelium inuoluatur. Ac
per hoc quia Petri nauicula periclitabitur conteri: necesse erat vt
nudus pastor abiectis rerum temporalium sarcinis occurrat furen/
tibus imperij fluctibus aduentui saluatoris. ¶ Q₂ autem [b] de tri/
cap. 1. bus angelis pressuram sexti temporis inchoati facit Joannis visio
mentionem: ad tres testes vel ordines in generali ecclesia releuan/
dos/ dicimus referendum. Quorum primus ⌊volabit per medium
celum eternum euangelium ⌋habiturus: alter ruinam seculi sub no Apoc.
mine babylonis/ vel in specie Romani imperij nunciabit: reliquus 14.
habentes caracterem bestialem sulphure ignito subuertet. Hinc est Gene.
φ in principio primi status tres viros vel angelos legimus ab Ha/ 18.
braam susceptos hospitio: ⁊ ipso coram domino adhuc stante: duo
in subuersionem sodome descenderunt. In secūdi principio Zacha
ria loquente cum angelo ⁊ christo: ac si duo angeli subuerterunt in Luc. 1.
spiritu iudaicam synagogam. In tertio (cuius initia iam tenemus)
Apocal. 10. ⌊angelo amicto nube dabitur liber apertus⌋ scz patefactio scriptu/
Apocal. xj. rarum. Duo alij/ ac si testes quos in Henoch ⁊ Helyam: sed ⁊ me/
Gene. 5. lius in Moyse ⁊ Helia in monte cum domino mysterialiter appa/
tertij Reg. 17. rentes predicabunt labentis orbis pericula: ⁊ populi cuiuscūq; dis/
Matthei. 17. sidia repentina. Unde ⁊ post miraculorum ⌊fulgura⌋ exhortationuz
Apocal. 16. ⌊voces: ⌋cōminationuz ⌊tonitrua⌋ secuti sunt ⌊terremotus⌋ instabi/
Esaie. 19. lium animoruz: iuxta illud. Concurrere faciam egyptios aduersus
egyptios/ imisso vertiginis spiritu inter eos: qui a cōmotione chri/
stiani imperij/ totius ambitus seculi dissoluetur: ipse ciuitates gen/
tium infidelium corruentes edicent. ⌊Ciuitas magna⌋ Roma est/
Apocal. xj. diuisa in seipsa: ⌊Babylon⌋ alemanorum potentia: ⁊ sm aliam spe/
Apocal. 16. ciem intellectus tangit ecclesiam versam in babylonem. ⌊Insula⌋
Prime. pet. 5. singula ciuitatum per totam latitudinem populi christiani: ⌊mon/
Apocal. 16. tes⌋ sunt monasteria. Uel certe ⌊in insulis⌋ accipiuntur naute maris

a ¶ Cōuocabo omnes cognationes regnorum aquilonis: ⁊ venient ⁊ solium suū ponēt in introitu portarum hierusalem. s. patriarchatuum ecclesie generalis. Ipsi sunt quattuor anguli domus Job. i. christus: quos ventus a regiōe deserti veniēs scilz partem peruersoruz concussit ad casum.

b ¶ Tres isti angeli significāt latinos apostatas pfidos mahometos ⁊ gentes immundas: quorum tribulatio sic proxima est gratie ⁊ pena.

in suis nauibus gloriantes:⌊in montibus⌋principes orbis antechri
sto temporalium pascua deferentes. ⌊Bestia⌋quoq; ⌊coccinea⌋sub/ Apocal. 17.
ditos prefigurat discordias ad inuicem seminantes.Hec⌊bestia⌋bel/
lica⌊septem cornua⌋defensionum/ꝛ totidem⌊capita⌋vitiorum habe
re describitur:vt ꝛ locorum presules non habeantur:aliorum dissi/
miles excusantiu; suas nequitias in peccatis.Talis est (inquit) via Prouerb.30.
mulieris adultere:que comedit ꝛ tergit os suum dicens : non sum
operata malum.Qꝫ autem sequitur.⌊Reges septem sunt:quinq; ce Apocal. 17.
ciderunt ꝛ vnus est:ꝛ vnus nondum venit:ꝛ cum venerit oportet
illum breue tempus manere:ꝛ bestia que erat ꝛ non est:ꝛ ipsa octá/
ua est:ꝛ de septem est:⌋ꝛ in iteritum vadet.Inuolutu; mysterium
mystico breuiloquio explicemus. Bestia[a] hec incepit ab Herode a ¶ In leena vrso/
Matt. 2. primo ascendens de perfidia iudeorum.Ipsius enim fuit primu; ca pardo ꝛ dissimilis be
put:sic Nero secũdi:tertij Constantinus arrianus:quarti Cosdroe stia Daniel's, c. 7.
persa:sub quo secta mahometi in arabia ꝛ egypto miro modo inua
luit.Quinti Henricus primus rex theotonicus:qui in ipsis parti/
bus aduersus ecclesiam sedem fixit.Et de his dicitur ⌊quinque ce/ Apocal. 17.
ciderunt.⌋Et quia sexto tempore reuelanda erat scriptura prophe/
tica:iccirco dicitur.⌊Unus est⌋sc; Saladinus:qui decem reges vel
cornua in subsidium contra hierosolymam aduocauit : multitudi/
nem.s.gentium pessimarum:referri etiam id valebit ad gentes in/
numeras ascensuras de lateribus aquilonis contra babylonios/cal
deosq; aspirans:quãuis alibi dixisse me recolam a Saladino ꝛ vsq;
ad finem sexti temporis:in quo percutietur post euersionem sedis
caliphi apemia:ꝛ egyptus premissa cornua seuitura.⌊Et vnus nõ/ Ibidem.
dum venit⌋loco septimo:quem scdm refert ecphilam Federicum
vsq; ad filij perditionis lubricum in posteris extendendum:ipse q/
dem erit caput draconis septimum antechristi preambulum vica/
rium/Christi emulum/ꝛ mahometicis nationibus coherendum.
¶ Licet enim a leone/vrso/pardo non sit eius actus dissimilis:ta/ Dañ. 7.
men post sui decubitum consurget:in semine prepostero rediuiuos:
vt eo rigidiores in suos ꝛ exteros pro instantia temporis vngues
Exodi. 14. exacuat:quo aduersus eu; Romane sedis elatio sub ȝelo fidei qua/
drigas egyptias inouabit:sed in scissura rubri maris:imperij inua/
Esa. 31 sor quisq; pertimeat:nedum quasi rhetia nouus[b] pharao paraue/ b ¶ De francis no/
Exodi. 14. rit alijs:prefocatus ipse remaneat super littus.Necesse quidem est/ uis egyptijs colligen
vt quo latius regnum gallicum hucusq; ramos suos diffuderit:eo dis vbiq;/tẽpore se/
Ibidẽ. leuius ad nutum ecclesiasticum sub crucis caractere fastus sui hu/ xto laboribus depu/
Hiere. 46. meros incuruabit:Hieremia dicẽte.⌊Confusa est filia egypti:ꝛ tra tato.
dita in manu populi aquilonis.⌋Quantum enim diebus preteritis
imperium theotonice potestatis regnum idem attriuerit/publica
Apoc. 17. mundi notitia non abscondit.Et adhuc sub[c] semine septimi capi/ c ¶ Sibillabit domi
tis bestie vel draconis illud deferri plantario cornu modice orietur: nus musce:que est in Esa. 7.
q; tam de Petri piscatoris collegio/q; de gallici regni fastigio infra extremo fluminũ egy
limitem italicum in modicis bellatoribus caudam simul ꝛ vertice; pti.
Esa. 9. decaluabit.Lic; enim partim lauacro/partim ferro barbarice siculi
regni reliquie humiliari habeãt vel deleri.Ipse tamen erunt galli/

ce lubricum feritatis: quia quicu̅q3 post alios de nido tertio pullus ac onus regni restiterit: adeo acuetur aduersus emulos insensatos: vt s̄m anagogen intelligatur quod scribitur. [Bestia que fuit ɀ no̅
Apocal. 17. est quasi ad interitum temporis] extremitate deducta : ipsaq3 [octa/ua est: ɀ de septem est] quo in successoribus aquile ɀ multitudinibus
Apocal. 20. Gog vltimi pseudo vatis. Ceterum sub alia specie intellectus: [si
Apocal. 17. octaua est ɀ de septem est bestia septicornis:] profecto ɀ si pro tempore sexto quod iminet: fuerit in reliquijs atterenda. Rursum tamen rediuiua consurget : vt tam internos/q3 exteros inquietet. Uideat ꝑinde regni pretor/nedum a'gressoꝝ collisor extiterit: ta̅dem a suo/rum corde duplicium aculeum doloris incurrat. Ac per hoc no̅ erit diebus eius expediens: vt quis aduersus illum recalcitret/vbi pro iniustitijs no̅nullorum in manus eius dominus hostes tradat. Ue/
Psal. 7. rum quia scrutator cordium dominus imutat consilia transfert re/
Psal. 32. gna: vt ɀ validus corruat/prudensq3 dedificat. Possibile ipsi erit: vt
Psal. 74. in constantia fluctuantis ecclesie: que hunc humiliat/hunc exaltat: ad cor stabile redeat: ɀ reducat in gratiam su̅mus presul qd̄ nescius
Matthei. 26. disponet ad iram: in vaginam videlicet: rubricosum conuertere gladium ɀ ad pacem deducere furias animoru3: vt vel sic in futuri dis/
Joan. 18. crimine temporis quiescat populus christianus a prelijs: ɀ quasi sab
Hebreo. 4. batismus illucescat vndiq3 inoptate latitudine claritatis. Unde ɀ
Esaie. 19. legitur. Intrabit israel in egyptum: ɀ egyptus in assur: hoc latinus in gallicum/francusq3 in cymbrum: appositis simul eis quoda̅mo/do federe sempiterno. Ceteru3 quia germinis aquile passurus pre/legitur ɀ non casus. Frustra sedes apostolica fluctuans in prelatis
Canti. 1. equitatui pharaonis: ac si baculo arundineo innitetur/cum tam a re
Quarti reg. 18 gno italo q3 germanico populo illi tempestas ingruerit: vbi pro fi/
Esaie. 36. ne laboriosi temporis inundabit vtriq3 calamitas : qua̅ nullatenus
Apocal. 17. expiabit. Et hec q̄dem ita seq̄tur [de bestia] pro qua plurima mala
Apocal. 19. fient. [Apprehensa est (inquit) bestia ɀ cum illa pseudopropheta : ɀ missi sunt in stagnum ignis.

¶ Explicit scriptum Uene. Abbatis Joachim super Esaiam: ɀ super no̅nulla capitula Naum/Abachuch/Zacharie/ɀ Malachie. Reuisum ɀ correctum: in quo ɀ fere totius orbis eiusdem Abbatis Joachim vaticinia continentur.

¶ Impressum Uenetijs per Laçarum de Soardis. 1517. Die. 27. Junij. Cui breue obtinuit a summo Pontifice : vt necubi quis imprimere/seu imprimi facere possit dictum opusculu3 sub pena exco̅municationis late sententie : quam contrafacientes eo ipso incurrant: a qua absolui no̅ possint/nisi satisfactione premissa.

¶ Itemq3 ab Illustrissimo ducali dominio Uenetorum ex gratia co̅cessum est illi: ꝙ similiter eu3 nullus imprimere possit sub pe/na in ipso priuilegio contenta. Et de his plenius continetur tam in litteris Apostolicis desuper confectis/q3 ex priuilegio ipsius illustrissimi dominij.

Caueant igitur omnes.

Registrum.

3	2	2	2	2	2	2	2
aa	bb	cc	dd	ee	ff	gg	hh
2	2	2	2	2	2	2	2
ij	kk	ll	mm	nn	oo	pp	qq

¶ Excusatio Laçari.

Si quid forte tuos/offendet lector ocellos:
Quod mihi mendoso grāmate/versus eat/
mendare velis:nam non me Laçarus istis
Consecit mendis/Bibliopola tuus:
Sed turbata magis pressoris inertia/quando
Sera dedit lassas artubus hora manus.



¶ Deo & candidissime Virgini gratie.